

vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adoránt Dominatiónes, tremunt Potestátes. Coeli coelorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítteri iúbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes: Sanctus.

Communió

Per signum Crucis de inimícis nostris líbera nos, Deus noster.

1. Díligam te, Dómine, fortitúdo mea. Dómine, firmaméntum meum et refugium meum et liberátor meus.

2. Deus meus, adjútor meus, et sperábo in eum; protéctor meus et cornu salútis meæ et suscéptor me us.

3. Laudábilem invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

4. Erípuít me de inimícis meis fortíssimis et ab his, qui odérunt me, quóniam confortáti sunt super me.

5. Persequébar inimícos meos et comprehendébam illos et non convertébar, donec defícèrent.

Postcommunió

Adésto nobis, Dómine, Deus noster: et, quos sanctæ Crucis lætári facis honóre, eius quoque perpétuis defénde subsidiis.



medžiu laimėjo, medžiu būtų ir nugalėtas, per Kristų mūsų Viešpatį. Per kurį Tavąją didybę šlovina Angelai, garbina Viešpatystės, dreba Galybės. Dangūs ir dangų kunigaikštystės, o taip pat ir palaimintieji Serafimai bendrai džiūgaudami ją šlovina. Liepk, prašome, kad tarp jų būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu sakantys: Šventas.

KOMUNIJA

Per Kryžiaus ženklą, gelbėk mus nuo mūsų priešų, mūsų Dieve.

1. Myliu tave, Viešpatie, mano stiprybe! Viešpatie, mano uola, mano tvirtove, mano gelbėtoju!

2. Mano Dieve, mano uola, kur randu pastogę, mano skyde ir mano išganymo jėga, mano tvirtove!

3. Šaukiausi Viešpaties, Šlovingojo, ir buvau išgelbėtas nuo visų priešų.


4. Jis išgelbėjo mane nuo stipraus priešo – nuo tų, kurie manęs nekentė, nes jie buvo stipresni už mane.

5. Vijau priešus ir juos sudorojau, negrįžau, kol jie nebuvo sunaikinti.

POSTKOMUNIJA

Prisiartink prie mūsų, Viešpatie, mūsų Dieve, ir saugok savo amžina pagalba tuos, kurie džiaugiasi garbingoje šventojo Kryžiaus akivaizdoje.

Proprium Missæ IN EXALTATIONE SANCTÆ CRUCIS ŠVENTOJO KRYŽIAUS IŠAUKŠTINIMAS



Introitus

Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus.

Ps. Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. (Gal 6:14, Ps 66:2)

Collecta

Deus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua sollemnitáte lætíficas: præsta, quaesumus; ut, cuius mystérium in terra cognóvimus, eius redemptiúnis præmia in coelo mereámur.

INTROITAS

Bet aš niekuo nesigirsiu, nebent mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus Kryžiumi, per Kurį yra mūsų išgelbėjimas, gyvenimas ir prisikėlimas. Juo mes esame apsaugoti ir išgelbėti.

Ps. Tepasigaili mūsų Dievas, telaimina mus savo veido šviesa ir gailėstingumu. (Gal 6:14, Ps 66:2)

KOLEKTA

Dieve, kuris šiandien mus pradžiuginai kasmetine Šventojo Kryžiaus Išaukštavimo švente. Meldžiame Tave, kad mes, kurie pažįstame žemiškąsias Kristaus paslaptis, būtume verti pasiekti Jo atpirkimo atlygį danguje.

Epistola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses. (Philipp 2:5-11)

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accipiens, in similitudinem hóminum factus, et hábitu inventus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum: et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: (čia priklaupijama) ut in nomine Iesu omne genu flectátur coeléstium, terréstrium et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

Graduale

Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. V. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. (Phil 2:8-9)

Alleluia

Alleluia, alleluia. Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinére Regem coelórum et Dóminum. Alleluia.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem (Ioann 12:31-36)

In illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudæórum: Nunc iudícium est mundi: nunc princeps huius mundi eiiciátur

EPISTOLĒ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Filipiečiams (Fil 2:5-11)

Broliai, būkite tokio nusistatymo kaip Kristus Jėzus. Jis, turėdamas Dievo prigimtį, godžiai nesilaikė savo lygybės su Dievu, bet apiplėšė pats save, priimdamas tarno išvaizdą ir tapdamas panašus į žmones. Jis ir išore tapo kaip visi žmonės; jis nusižemino, tapdamas klusnus iki mirties, iki kryžiaus mirties. Todėl ir Dievas jį išaukštino ir padovanojo jam vardą, kilniausią iš visų vardų, (čia priklaupijama) kad Jėzaus vardui priklaupytų kiekvienas kelis danguje, žemėje ir po žeme ir kiekvienos lūpos Dievo Tėvo šlovei išpažintų: „Jėzus Kristus yra Viešpats!“

GRADUALAS

Kristus tapo mums nuolankus iki mirties, iki kryžiaus mirties. V. Todėl ir Dievas jį išaukštino ir padovanojo jam vardą, kilniausią iš visų vardų. (Ps 101:16-17)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja. Saldus medis, saldžios vinyš, saldi našta kybo ant tavęs. Tik tu vienintelis buvai vertas laikyti Dangaus Karalių ir Viešpatį. Aleliuja.

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys (Jn 12:31-36)

Anuo metu Jėzus kalbėjo žydų miniai: Dabar teisiamas šitas pasaulis. Dabar šio pasaulio kunigaikštis bus išmestas

foras. Et ego si exaltátum fuero a terra, ómnia traham ad meipsum. (Hoc autem dicébat, signíficans, qua morte esset moritúrus.) Respóndit ei turba. Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum: et quómodo tu dicis: Opórtet exaltári Fílium hóminis? Quis est iste Fílius hóminis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte, dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehéndant: et qui ámbulat in ténebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut filii lucis sitis.

Offertorium

Prótege, Dómine, plebem tuam per signum sanctæ Crucis ab ómnibus insídiis inimicórum ómnium: ut tibi gratam exhibeámus servitútem, et acceptábile fiat sacrificium nostrum, alleluia.

Secreta

Iesu Christi, Dómini nostri, Córporis et Sáanguine saginándi, per quem Crucis est sanctificátum vexíllum: quaesumus, Dómine, Deus noster; ut, sicut illud adoráre merúimus, ita perénniter eius glóriæ salutáris potiámur efféctu.

Præfatio de sancta Cruce

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno

laukan. O aš, kai būsiu pakeltas nuo žemės, visus patrauksiu prie savęs“. (Jis tai pasakė nurodydamas, kokia mirtimi jam reikės mirti.) O žmonės jam sakė: „Mes girdėjome iš Įstatymo, kad Mesijas pasiliks per amžius. Kodėl tu sakai, kad Žmogaus Sūnus turės būti iškeltas aukštyn? Kas gi tas Žmogaus Sūnus?“ Jėzus atsakė: „Jau nebeilgai šviesa bus tarp jūsų. Vaikščiokite, kol turite šviesą, kad neužkluptų jūsų tamsa. Kas vaikščioja tamsoje, tas nežino, kur eina. Kol turite šviesą, tikėkite ją, kad taptumėte šviesos vaikais“.

OFERTORIUMAS

Apsaugok, Viešpatie, savo tautą, nuo visų priešų pinklių per Šventojo Kryžiaus ženklą, kad mes galėtume tarnauti taip, kaip Tau patinka ir mūsų auka būtų priimtina, aleliuja.

SEKRETA

Maitindamiesi Jėzaus Kristaus, mūsų Viešpaties Kūnu ir Krauju, per Kurį Kryžius tapo šventu ženklu: meldžiame Tave, Viešpatie, kad gavę malonę Jį garbinti, galėtume džiaugtis per Jį atėjusiu išgelbėjimu.

ŠV. KRYŽIAUS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Tau, kuris žmonių giminės išgelbėjimą Kryžiaus medyje įtvirtinai, kad, iš kur mirtis kilo, iš ten ir gyvenimas prisikeltų; ir kas